



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trent>

Coloniae, 1615

Regula IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

tur, & qui eos habuerint, seuerè ab Episcopis puniantur.

Antiqui verò, ab ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur, nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

REGULA VIII.

Libri quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, diuinationem, seu superstitionem spectant, à Catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgati, contredi possunt.

Idem iudicium sit de prologis, summarioribus seu annotationibus, quæ à damnatis aucto-ribus libris non probatis, appositæ sunt. Sed posthac non emendari excudantur.

REGULA IX.

Libri omnes & scripta, Geomantia, Hydromantia, Necromantia, Pyromantia, Onomantia, Chiromantia, Cheromantia, sive in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicae, prorsus reiciuntur.

Episcopi vero diligenter prouideant, ne Astrologiae iudicariae libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitis eveni- bus aut ijs actionibus quæ ab humana voluntate pendent, certo aliquid euenturum affirmare audent.

Permittuntur antem iudicia, & naturales

ob-

observationes, quæ nauigationis agriculturae, sive medicinæ artis iuuanda gratia, conscriptæ sunt.

REGULA X.

In librorum, aliarumve scripturarum, impressione seruetur, quod in Concilio Lateranensi sub Leone X. sessione 10. statutum est.

Quare si in alma vrbe Roma, liber aliquis sit imprimendus, per Vicarium Summi Pōt. & sacri palatij Magistrum, vel personis à Sāctissimo Domino Nostro deputandas, prius examinetur.

In alijs verò locis ad Episcopum, vel aliū habentem scientiam libri, vel scripturæ imprimendæ ab eodem Episcopo deputandū, ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis eius ciuitatis, vel diocesis, in qua impressio fiet, eius approbatio & examen pertineat, & per eorum manum propria subscriptio ne gratus, & sine dilatione imponendā, sub pœnis & censuris in eodem decreto contentis, approbetur, hac lege & conditione addita, ut exéplum libri imprimendi authenticum, & manu auctoris subscriptum, apud Examinatorem remaneat.

Eos verò, qui libellos manuscriptos vulgant, nisi ante examinati, probatiq; fuerint, eisdem pœnis subiecti debere, indicarunt Patres deputati, quibus impreffores: Et qui eos habuerint, & legerint, nisi auctores prodiderint, pro auctorialibus habeantur.

Ipsa vero huiusmodi librorum probatio in scriptis detur, & in fronte libri, vel scri-

pti,